

Nutzungsbedingungen

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich Berlin, 1861

LXXXIV.	Der Rath zu Prenzlau bekundet eine der Marienkirche von J Ziemkendorf gemachte Schenkung, am 14. April 1336.	ohann
_		
_		

urn:nbn:de:hbz:466:1-55721

licet manfum Dominus Henricus de Ghocowe memoratus fua propria pecunia comparavit, fub anno Domini Mo. CCCo. feptimo in die S. Gregorii Pape confectas et ciuitatis premiffe figillo figillatas. Post hec etiam vidimus et conspeximus literas Magnifici Principis Domini Woldemari Brandenburgenfis et Lufatie Marchionis fuper donatione proprietatis fex talentorum duobus folidis minus, fitorum in cenfu manforum Ciuitatis Premzlaw et proprietatem feptem folidorum denariorum Brandenburgenfium, duorumque chororum et dimidii quadruplicis annone fitorum in censu manforum ciuitatis Straceborch pertinencium ad quoddam Altare in honorem beate Bartholomei apostoli dedicatum et in ecclesia S. Jacobi Apostoli sepedicta per discretos viros Conekinum, Hennighum, Nicolaum et Cherardum, filios Hinrici Bismarck prius fati, nec non Hinricum et Henninghum, filios Eykonis de Brunfwick, cives dicte ciuitatis, erectum et constructum sub anno domini Mo. CCCo. XIXo. consectas et ciusdem Domini Marchionis sigillo fano et integro figillatas, quarum tenores de verbo ad verbum propter prolixitates earum omifimus; fed tamen vtilitatem et effectum earundem sub modo et forma breuiori quo potuimus colligere fecimus et in prefentibus mencionem facinus de eisdem. Nos prefatorum Conekini, Henninghi et Nicolai dictorum Bismarcke, nec non Hinrici et Henninghi Eyeken humiliter supplicancium, yt dicta Altaria cum fuis proprietatibus et libertatibus confirmare dignaremur, peticionibus condignis inclinati, prefatas, fundacionem, dotacionem ac proprietatis ac libertatis donacionem, tam manforum, denariorum, quam annone cum ordinacione iuris patronatus, cum forma fiue modo officiandi, ac memoria ipforum fundatorum perpetuo peragenda, prout in litteris originalibus cautum eft et euidenter continetur, nec non cum omnibus ac fingulis condicionibus ac specificacionibus in eisdem ceteris expressis siue comprehensis gratam et ratam habentes eaque in nomine Domini auctoritate nostra confirmamus per presentes. Volentes omnes predictos redditus eodem iure censeri et ad illos folos spectare debere, quibus predicta Altaria pro tempore fuerunt collata, ut superius est expressum et omnes redditus predictos sepedictis Altaribus presentibus adunamus: Inhibendo sub pena anathematis, ne poteftas fecularis, uel alius quicunque cuiuscunque condicionis fuerit in redditibus seu prouentibus Altarium predictorum sibi quicquam vendicet seu vsurpet, contra nostram confirmacionem, ficuti omnipotentis Dei et nostram canonicam euitare voluerit vltionem. In quorum omnium premissorum euidenciam pleniorem presentem literam desuper confectam sigilli nostri munimine dedimus communitam. Datum Stettin, Anno Domini Mo. CCCo. XXXVIo. fabbato proximo ante Dominicam, qua Oculi mei cantabatur.

Rach Bedmann's Abichrift bes Driginals.

LXXXIV. Der Rath zu Prenzlau befunder eine ber Marienfirche von Johann Ziemkendorf gemachte Schenkung, am 14. April 1336.

In nomine domini Amen. Universa negocia tradita litteris et voci testium, ex eorum trahunt memoria firmamentum. Nos igitur Thydericus murmester, Albertus de Jagow, petrus de Klinckow, nycolaus gudelin, Hinricus Koningh, Hinricus branden-

borch, Johannes tantau, nycolaus Kleptow, Gherardus smarfow, Johannes Nische. boem, Johannes Krugher et Johannes de Tzolchow, Consules Ciuitatis premzlaw, ad vniuerforum Christi fidelium tam presentium quam futurorum noticiam Tenore presentium cupimus pervenire, Quod vir prouidus et honestus Johannes de Tzymekendorp, noster Ciuis et burgenfis, diuino metus inftinctu, pro Ampliacione et melioracione cultus diuini et pro falute anime fue omniumque fuorum progenitorum, a Thyd. murmefter et nyc. oldrian, tunc temporis prouiforibus Ecclefie Sancte Marie parochie nostre Ciuitatis, nostro et discreciorum nostrorum Ciuium pleno confenfu feu affenfu accedente, oblatas, vinum, luminaria quecunque necessaria, carbones et precium duorum feolarium omnibus et fingulis annis et diebus fingulis, ad duo Altaria ab ipfo Johanne in honorem domini nostri iehsu Christi et sue matris gloriose in prenotata Ecclesia fundata atque fituata comparauit, jta videlicet, quod vnicuique duorum Scolarium dictis duobus Altaribus ministrancium siue seruiencium, in quolibet termino seu quartali vniuscuiusque anni, duo solidi brandenburgenfium denariorum dabuntur fiue perfoluentur. Omnia quoque et fingula fupradicta, a prelibata Ecclesia nostra parochiali et ab eius prouisoribus quibuscunque ministranda, danda atque procuranda et perpetuis temporibus duratura pro omnibus Supra feriptis Johannes fepe dictus XXVIII marcas brandenburgenfis argenti, in vfus eiufdem Ecclefie redactas et conuerfas, in parata dedit pecunia plenius et perfoluit. In huius rei euidens Testimonium presentes literas super hiis confectas eidem Johanni dedimus nostre ciuitatis sigilli munimine roboratas. Datum prentzlaw, Anno domini Mo. CCCo. XXXo. fexto, In die Tyburcij et valeriani martirum beatorum.

LXXXV. Bischof Friedrich von Camin bestätigt die Altarstiftung, die Johann von Rube in ber Marienfirche zu Prenzlau vorgenommen hat, am 16. October 1336.

ad this false factors debero, gaibus predicts Abaria pro tempore facione collate, ut fupcifus elt

In nomine fancte et individue Trinitatis Amen. Fredericus, Dei Gratia Episcopus Ecclesie Caminensis ad perpetuam rei memoriam. Cura pastoralis officii mentem nostram sollicitat, ut cum sidelium devotionem circa augmentum cultus divini versari conspicimus, sollicite caveamus, ne quod piis deputatur usibus ad prophanos redeat, quod tunc recte facere credimus, cum ea, que nostre ordinarie confirmationis indigent munimine confirmamus. Sane vidimus et audiuimus literas illustrissimi principis Domini Ludowici, Marchionis Brandenburgensis, non cancellatas, nec in aliqua parte sui vitiatas super fundatione et dotatione cujusdam Altaris erecti in Ecclesia Sancte Marie civitatis Prentzlaw et in honorem Sanctorum Johannis Evangeliste et Jacobi Apostolorum constructi per discretum virum Johannem de Rube civem ibidem confectas, quarum tenor sequitur in hec verba. (No.LXVIII.) Nos igitur presati Johannis humiliter supplicantis, ut dictum altare cum ejus pertinenciis appositis per eundem confirmare dignaremur, petitionibus condignis inclinati presatam fundationem, dotationem et proprietatis donationem juris patronatus reservationem sicut in literis superius enarratur ratas et gratas habemus easque cum omnibus et singulis suis articulis auctorizamus, approbamus et presentibus literis in nomine Domini confirmamus, Inhibentes sub pena